Quelle: https://manuscripta.at/?ID=37917
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Archiv



6

Eugen. III.
Fest Pauli Sep. An. 1145.

Eugemus Episcopus seruus seruorum dei Dilectis filiis Hermaco preposito sancti Hidberti Salzburgensis eiusque fratribus tam presentibus quam futuris canonicam vitam professis in perpetuum. Iuste pie postulatio voluntaris effectu debet prosequente completa vt deuotionis sinceritas laudabiliter enitescat et vtilitas postulata voti compotes indubitanter assumat. Quocirca dilecti in domino filii vestris iustis postulationibus clementer annuimus et ecclesiam sancti Hidberti in qua diuino estis seruitio sub beati petri et mea protectione suscipimus et priuilegii presenti patrocinio communimus. Statuentes vt quascumque possessiones quecumque bona eadem ecclesia in presentiarum iuste et canonice regum vel principum oblatione fidelium seu aliis iustis modis deo gratie poterit adipisci firma vobis vestique successoribus et illibata permaneant. Decernimus etiam vt ordo canonicus secundum beati Augustini regulam et institutionem venerabilis fratris bone memorie Conradi Salzeburgensis archiepiscopi futuris preterea temporibus inuiolabiliter conseruetur. Sancimus etiam vt nullus de loco in quo statuti estis vos audeat amouere aut ordinem alterius professionis super vos inducere. Obeunte vero te nunc superadiente ecclesie preposito vel tuorum quolibet successore nullus ibi qualibet surreptionis astutia seu violentia preponatur nisi quem fratres uniuersi loci communi consensu vel fratrum pars consilio sanioris sedem dei timorem et beati Augustini regulam sibi prouiderint eligendum. Nulli etiam episcopo licentia pateat inuitatis vel alias nouas exactiones canonici quieti et religioni contrarias vobis vel ecclesie vestre imponere. Prohibemus etiam vt nullus vestre ecclesie aduocatus aliquem pro se substituere vel vos iniustis vexationibus fatigare presumat. Decernimus ergo vt nulli omnino hominum liceat prefatam ecclesiam temere perturbare aut eius possessiones auferre vel ablatas retinere minuere seu quibuslibet molestiis fatigare. Sed omnia integra conseruentur eorum pro quorum gubernatione et sustentatione concessa sunt vsibus omnimodis profutura. Salua sedis apostolice auctoritate et diocesani episcopi canonica iustitia. Si quis igitur huius institutionis ecclesiastici seculariue persona hanc nostre constitutionis paginam sciens contra eam temere venire temptauerit secundo tertiue commonita si non reatum suum congrua satisfactione correxerit potestate honoreque sui dignitate careat reamque se diuino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat et a sacratissimo corpore et sanguine dei et domini redemptoris iesu christi aliena fiat. Cunctis autem eidem loco iusta seruantibus sit pax domini nostri iesu christi quatenus et hic fructum bone actionis percipiant et apud districtum iudicem premia eternae pacis inueniant. amen.

7

Eugen. III.
Fest Pauli Sep. An. 1145.

Eugemus episcopus seruus seruorum dei Dilectis filiis Hermaco preposito Salzeburgensis ecclesie eiusque fratribus canonicis tam presentibus quam futuris in perpetuum. Cuncta quecumque a nobis illud a nobis petitur quod religioni et honestati congruit conuenire animo nos deferre libenti concedere et petentium desideriis congaudemus impertire suffragium. Igitur dilecti in domino filii vestris iustis postulationibus clementer annuimus et predecessorum nostrorum Romanorum pontificum vestigiis inherentes